Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mote que acq'sunt dextera eius ℣ et eiecit a facie eorum gentes
et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis ℣ et
habitare fecit in tabernaculis eorum tribus israel ℣ et tentauerunt et exacerbauerunt deum excelsum et testimonia eius
non custodierunt ℣ et auerterunt se et non seruauerunt
pactum quemadmodum patres eorum ℣ conuersi sunt retrorsum prauum
in arcum intentauerunt eum in collibus suis ℣ et in sculptilibus
suis ad emulationem eum prouocauerunt ℟ audiuit deus et spre
uit et adnihilum redegit ualde israel ℣ et repulit taber
naculum silo tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus
℣ et tradidit captiuitatem virtutem eorum et pulchritudinem
eorum in manus inimici ℣ et conclusit in gladio populum suum et he
reditatem suam spreuit ℟ iuuenes eorum comedit ignis et
virgines eorum non sunt lamentate ℣ sacerdotes eorum in gladio
ceciderunt et uidue eorum non plorabant ℣ et exsurgit tanquam
dormiens dominus tamquam potens crapulatus a uino ℣ et percussit
inimicos suos in posteriora opprobrium sempiternum dedit eis
℣ et repulit tabernaculum ioseph et tribum effraim non elegit
sed elegit tribum iuda montem syon quem dilexit ℣ et edi
ficauit sicut unicornium sanctuarium suum in terra quam fundauit in secula ℣ et elegit dauid seruum suum et sustulit eum de
gregibus ouium de post fetantes accepit eum ℣ pascere ia
cob seruum suum et israel hereditatem suam ℣ et pauit eos in
innocentia cordis sui et in intellectibus manuum suarum deduxit
eos ℣ lia p. An. Tu es deus qui facis mirabilia. ps.
Ecce uenerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt
templum sanctum tuum posuerunt iherusalem in pomorum custodiam
posuerunt mortuorum seruorum tuorum escas uolatilibus celi
carnes sanctorum tuorum bestiis terre ℣ effuderunt sanguinem
eorum tanquam aquam in circuitu iherusalem et non erat qui sepeliret
Factus sum opprobrium uicinis meis subsannatio et illusio